



CAsparus à pueris operam literis dedit, & magnum artium & linguarum usum sibi cōparauit. Inde uerò Theologiæ incubuit, & in ea facultate plurimum profecit. Accedebat & uitæ integritas, pietatis amor, & naturalis facundia. Itaq; factum ut Salueldensis Ecclesiæ minister in Thuringia cōstitutus fuerit. In eo loco is Euangeliū Christi docuit, et omnibus gratisissimus extitit. Cum autem postea 1548 Augustæ Vindelicorum noua religionis formula, quam Interim uocant, à quibusdā esset edita, atq; Islebius Augusta domū rediens, in itinere de libro ualde gloriatus erat, aureumq; seculum instare diceret, præsertim quod & Aquila assentiretur, Casparus cum id rescuisset, uehementissimè ei respondet, mendacijs insimulat, & primus omnium falsis dogmatis librum refertum esse, asserit, & suam sententiam publicauit. quantumuis Cæsar acerrimis uerbis edixerat, ne quis editum de religione librum ullo modo impugnaret. Itaq; factum ut Aquila ob doctrinæ constantiam & eruditionem omnibus innotesceret. Sleid.

la assentiretur, Casparus cum id rescuisset, uehementissimè ei respondet, mendacijs insimulat, & primus omnium falsis dogmatis librum refertum esse, asserit, & suam sententiam publicauit. quantumuis Cæsar acerrimis uerbis edixerat, ne quis editum de religione librum ullo modo impugnaret. Itaq; factum ut Aquila ob doctrinæ constantiam & eruditionem omnibus innotesceret. Sleid.